Оссолінсъкі колекції.

CD – диск виконано в рамах угоди укладеної з квітня 2004 р. між Львівською науковою бібліотекою НАН України у Львові і Національним Закладом ім. Оссолінських у Вроцлаві.

Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.
Zespół (fond) 4.
Zbiór rękopisów Biblioteki Baworowskich

Dział (opys) 1

450. Gradus et bicotti Parnasso ad Thronum Regina Animorum Eloquentia Elevans in fundamento Urbansciana Arboris positus... in Scholis Vielunensibus Schol. Piar. fabricatus. 1731-1738.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

Nr. 450.

VIII B 28

GRADUS

Ex bicolli Parnasso

Ad Thronum Regind aximorum Eloquentiæ

ELEVANS

In fundamento Urbanciand Arboris

POSITUS

Architecto Nobilium Neo: Poetarum Labore

In Scholis Viennensibus Scholarum Piarũ

FABRICATUS

Anno

Quo supra Dorsum Xti fabricavervnt Operatores

1737 in 1738.

PRAEFATIO

Ad Illustres et Magnificos Dominos Humanitatis Auditores.

Post majores diligentiâ Vestrâ adoreas Gradum tandem e bicolli Parnasso in ordine ad Thronum Reginæ artium et Eloquentiæ Vobis erigere placuit. NN. Et non sine Arcano hic uniquique Vestrum præparatur ascensus, si ut abjectioribus mentes Vestras evindicetis declivijs, et ad inquirendum Reginæ hujus domicilium per Gradus Poëticos animemini. Compendijs nunquam Illi potuit extrui Augustale, quam ipsis nonnisi propriam coronatis verticibus Solium quoniam regnare Sapientes aut in Regibus imperare sapientiam priden è sacrâ paginâ tripode didicimus oraculum. Melius Vobis alliciam ad ascensum erudita non potuit repræsentari Majestatis quam Parnassei Gradus indefessi laboris Vestri admiriculo fabricandi. Et quamvis nativum Sarmatiæ Solum felicitati Vestræ fœcundas scientiæ producat arbores, nihilominus in Urbanis ciari Aspectis

fundamento hunc Gradum ponere destinavi, qui nullam iniquæ sortis jacturam passus. Nunquam firmius annua Nostra potuit ædificari structura, quam in stemmatico Fundatori, cui Domus Nieczuia qui pro Fide, pro Lege, pro Patria, pro Justitia, modo in comitijs, modo in Senatu firmiter stetit labefactam, tem erexit Polonam. Et ubig ejusmodi Vobis jacitur fundamentum, date igitur operosas manus huic ædificandæ basi et eo gloriosius Poëticos in Throno Reginæ animorum Eloquentiæ figetis pedes, quo solidius Parnassei extruendis Gradibus operam navaveritis. Præsto hic Vobis materia et laboris subsidiaria instrumenta, nihil est cujus uberem non habeatis copiam. Vester tantummodo improbus non desit labor et exacta diligentia.

Dixi

VOTUM

Augustissimæ Cœlorum Imperatrici Virgini M:
Pro felici annui laboris successu.

DICATUM

Huc ades amplis optima Insulis
Virgo Sacratæ gloria Cretæ
Præsesq Divûm senatus
Virgo Tuis mesior Coronis.
O! hæ superbis cedite sedibus
Stellæq et alti curia sideris
Cessate dum Virgo repentem
Flammigero volat axe Mundum
Non Phœbus ardens non orion ferox
Temone frænet plaustra beatior
Virgo per australes tumultus
Sydera cuis properat columbis
Non illa pulchræ mœnia Gradivæ
Cinget Coronis non Latium super
Subsistet aurum, nec superbis
Barbaria favet Illa Mitris
Inter Lycæi Regna sed Attici

Pones Theatrum Mater eburneum
Hic Vota plaususq; et frequentis
Ludet amor radio Corono
Hic surget actis gloria buccinis
Et mista Divis nostra curulibus
Regisq majestas Honoris,
Palladio radiabit igni
O! sola Praeses maxima liberi
Regina Regni non Tibi barbara
Sunt Sceptra non gravis vetustam
Lictor adest ferula ad tiaram
Non castra strictis exibus aspera
Lectiq tristis cura satellitis
Praecingit ingentesq tumbo
Tutereas posuêre curas
Sed se frequenti examine gratia
Junxere circum tecta favoribus
Impleta stilla verè fontes
Nectareis fluitando rivis.
Et tota fusis curia balsamis
Thmolum propinat candida liliis
Ligustra certant gratiosa
Zephyreas vocat ausa pennas

Felix

Felix profanam jungere dexteram
Quicunq; novit compedibus Tuis
O! Virgo non illum severis
Edomuit nasa sors caeteris
Haret decoris servus à moribus
Captivos albos. sustinet ardua
Cervice flores et lacertum
Liliaco Bene torque nexus.
O! servitutem quam mihi prodiga
Donavit astris Gratia, Gratia
Merces laboris et levamen
Et famula decus omne mentis
At nos Horum sorte clientium
O! Virgo mater discimus arduum.
Virtutis honestum et laborem
Nunc Lacium repetendo finem
Eventilamus nunc mihi Grajas
Concussit Aether vertere purpuras
Flavosq; lustrabit sicambros
Persica ceter gelidumq; Rhenum.
Ut cunq; seris fama nepotibus
Illic perennis menia gloriâ
Disponit eventura Nostris

Combibimus pia facta penis
Tu Mater alto murice liberam
Evolve mentem non trepidantibus
Ad Vota repamus camenis
Ingenua famuli Minervæ.

Cecini

LABOR Imus

De Inventione Cognitione Definitione
Divisione et Objecto Pòéséos.

Multi hujus artis Inventores Egiptios esse asse-
runt. Eusébius ab Hœbreis illam venandse do-
cet. Creditus etiam fuit Pater Musarum Mace-
do Ligerius, qui primus et Pòéma fecisse et no-
vem filias quibus Musarum indiderat nomina
instituisse dictus est, quare etiam Author hu-
jus dicitur artis. Deos multi Pòésis Authores di-
cunt. Nos ut Sœtissimum Deorum Apollinem
tanquam vera Ejus Soboles Authorem Eum affir-
mamus ac confirmamus.

Quid est Pòésis?

Est ars liberalis ed Metricè canens quæ pos-
sunt aut necessariò cani debent

Quare dicitur ars?

Quia constat certis Præceptis

Quare dicitur liberalis?

Quia inter liberales connumeratur. Artes enim
sunt duplices. Liberales ut Sermo, Tropus, Ratio,
Numerus, Sonus, Angulus, Astra. Méchanicæ
seu Serviles Rus, Hemus, Arma, Faber, Vultera,

Lana, Rates.

Unde dicta Pöésis?

A Graeco nomine Poin quod latine interpretatur fingo, unde etiam Pöésis dicitur fictio.

Quotuplex est Poesis?

Duplex Naturalis et Artificialis seu Acquisita.

Naturalis est quæ a natura indita est secundū illud: Pöëtæ nascuntur Oratores fiunt. Talem naturalem Pöésin à primo vitæ suæ tyrocinio dicitur habuisse Ovidius, qui etiam de se testatur Elegia 4ta Tristium

At mihi iam puero cœlestia sacra placebant
Inq̄ suum furtim Musa trahebat opus
Sponte sua carmen numeros veniebat ad aptos
Et quod tentabam scribere versus erat

Artificialis est quæ arte acquiritur, nempe assidua Praxi frequentiori Pöëtarum lectione ac imitatione eorum.

Acquisita iterum dividitur in Docentem et Utentē

Docens est quæ tradit Præcepta conficiendi carmina Utens vero quæ ijsdem Præceptis utitur et ad Praxim ea deducit

Dividitur iterum in Sacram et Profanam

Sacra est quæ de solis sacris rebus agit. Pro

fana quæ de profanis tractat

Quod est Objectum Poëseos?

Est omne illud quod Carmine efferri potest. Hoc est dupl. ex Materiale et Formale. Materiale est omne id ex quo Carmen conficitur. Formale est iam ipsum Carmen secundum Præcepta et certas confectum regulas

Materia Poëseos est duplex

Remota et Proxima. Remota quæ potest inveniri et secundum Præcepta Poëseos disponi. v Est omne id quod aut potest aut debet carmine efferri. Proxima quæ iam est inventa et disposita

Quis est finis Poëseos?

Finis Poëseos est docere et delectare; Hinc Venusinus Vates;

Aut prodesse volunt aut delectare Poetæ

Et Neothericus

Est finis docuisse animum recreasse mentem

Facultas et licentia Poëseos

Pictoribus atq Poëtis

Quodlibet audendi semper fuit æqua potestas

Hæc tamen licentia si maturo non regetur judicio et perfectæ rationis moderamine sine dubio impinget.

dubio impinget

Officium Poëseos quod?

Est Carmen efficere idq; selectissimis ornare verbis perfectis distinguere numeris fictionibus edicere veritatem

Quod subsidia Poeseos?

Judicium prudens quod materiam propriis viribus quam assumat ac recognoscat quis quid ubi, quando, et quali ordine ponat. Imitatio veterum Poetarum ita ut ex ijsdem verbis norma et regula scribendi accipiatur, quia similem raro natura præstat frequenter Imitatio. Exercitatio, scilicet labor continuus, lectio Poëtarum prout Poëta testatur:

Tum labor et vigiles noctu diuq; labores
Efficient Vatem - - - - - - - - - - - - - - -

Nota 1mo spectat etiam huc illud subsidium proximum seu præparatio ad versus conscribendos scilicet lectio alicujus Poëtæ vg Virgilij Ovidij &c sic ante scriptionem Lyricorum Carminum lege Horatium v Sarbievium ante Elegiam Ovidium ante Epigrammata Martialem.

Nota 2do Exercitatio de qua supra egimus pluribus potest fieri modis 1mo unam rem diver

sis

sis eloqui verbis 2do quando eadem res pulchre
viser hunc fusius tractatur nunc simplici nunc
illuminata per tropos oratione. 3tio utilis etiã
illa est exercitatio quando soluta oratio vertitur
in ligatam addendi substantivis Adjectiva apta
vg Aflorier hortus et similia siquidem non o
mnia in soluta oratione similia locum habent.
Quæ est differentia inter Poetam et Oratorem
Est hæc quod Orator sit liberior nullis adstrictus
numeris; Pòèta autem his plurimum adstrictus
nempe pedibus et quantitate &c

Inter Poetam et Versificatorem quæ differentia
Est hæc quod ab ingenio proprio Pòèta fingat
et propriis utatur inventis; Versificator vero
utitur iam inventis et illa effert mutatis nu
meris &c

Nota pro majori intelligentia adnotatur Po
etam esse versuum factorem seu fictorem
qui ex industria sua invenit fingit docet et
delectat. Versificator vero est qui ab aliis in
ventta et confficta Pòèticis numeris effert Lu
cyso tum lingua asia

Quæ è differentia inter Pòètam Pòèsim et Pòèma
Pòèta est fictor et inventor materiæ aptæ ad
carmen fabricandum. Pòèsis est ars metricæ

canendi ut supra dc Pöema est opus ipsum
iuxta regulas et Prdcepta iam elaboratum

LABOR 2dus

De Divisione Pöesis

Poesis dividitur in Dramaticam, Epicam, et Lyricam. Dramatica est per quam representantur historiæ ac fabulæ exhibitæ per introductas fictas personas. Epica est quæ rem aliquam Hexametro exponit carmine uti Virgilius in Æneide Herorum facta. Lyrica est per quam aliqua res diversis efferuntur Carminibus

Nota 1mo Pöesis Epica dicitur alter Heroica quod ejus materia sit præcipua Heroum gesta aut S. alicujus

Nota 2do Pöesis Lyrica dicitur aliter Dithyrambica; ideo autem dicitur Lyrica quod ad Lyram ejusmodi versus canebantur

Quot sunt Species generis Dramatici

Sunt 3 Tragœdia, Comœdia et Tragicomœdia.

Tragœdia est carmen tristis seu representatio. Dicitur à Hyrco, nam Hyrcus in præmium dabatur Tragicis Authoribus. Comœdia dicitur à Vico quod juvenes in Vicis quæstus gratia soliti fuerant cantare sed modo Comœdia

Lusoris

hilaris et definitur sic: Est Poëma Dramatica vitam nostram per personas scenicas exprimens et tandem laeto conclusum fine. Tragicomedia est Poëma compositum ex prioribus

Quot sunt species generis Epici

Est Poema quod tractat unicam tantum materiam gravem alicujus Divi v Herois cum aliqua ingeniosa fictione

Quot sunt partes Poëmatis

Sunt 4 Propositio, Invocatio, Narratio et Epilogus. Propositio est series rei de qua Poëta cogitat dicere, haec in uno exprimitur versu v in duobus quod potest fieri in principio licet non necessario uti Virgilius inchoavit in Eneide. Arma virumq cano Invocatio est ubi Poëta auxilium Deorum implorat uti Apollinis Musarum et aliorum. Si autem celebrabitur factum alicujus S. fiet invocatio Dei v Sanctorum Narratio est rei propositae ficta v vera autveri similis expositio verbis claris gravibus et sensu eleganti, quae tanquam anima totum Poëma vivificat. Epilogus seu Conclusio est brevis repetitio dictorum animando auditorem ad similia facta si bona si mala deterrendo eum ut Claudianus

Dicite Vejane Romam non temnere gentes
Nota 1mo Poëma respectu materiæ esse vari-
um vg si tractat de natura rerum tunc dici-
tur Physicum v de laudibus hominum tunc
est morale, de laudibus virorum illustrium
dicitur Panegyris de vitijs satyricum, de na-
tivitate Genethliacon, de nuptijs dicitur Epi-
thalamicum; Bucolicum carmen agresto in
quo res pastorales tractantur Cynegeticum
Poëma de venatione. Sunt et aliæ denomina-
tiones Poëmatum quæ quisq pro sua neces-
sitate in Authoribus invehiet.
Nota 2do Poëma etiam posse denominari
a diversis rebus de quibus scribitur uti
Christias Poëma de Christo Aneis Ane-
idos ab Anea Lechias carmen de Regib
Principibus de nobilitate Polona, Argeis
Argeidos ab Argeide Ilias Iliados ab Ilia
vbe Troja Vigennis a Vienna v de Vienn
si victoria Thebais Thebaidos de Regibus
Thebanorum. Vocatur etiam Homericu
ab Homero Virgilianum a Virgilio
Species generis Dithyrambici sunt
Elegia, Epigramma, Epitaphium, Ode, Hi-
mnus, Epodus, Elogium.

Quid est Elegia?

Est Poema breve Hexametro et Pentametro carmine constans tristes ac lucubres saepissimè in se continens materias nam dicitur à Prisco quod significat tristia sege

Nota scripsit etiam Elegia ad Epistolas, ad laudes, descriptiones gratulationes &c

Quot sunt Partes Elegiæ

Partes Elegiæ sunt 4 Exordium, Propositio Narratio et Conclusio. Exordium est accessus seu introitus ad rem de qua Carmen conficitur. Propositio est rei susceptæ ad scribendum explanatio Narratio est in qua res gesta v tanquam gesta describuntur. Conclusio est in facta expositione rerum subsistens quæ passim per sententiam absolvi solet

Nota 1mo Elegia non semper has omnes partes admittit sed saepissimè ab ipsa incho, atur Narratione ut fecit Ovidius in suis Elegijs.

Nota 2do in Elegijs scribendis observa sequentia 1mo ut primus ponatur Carmen Hexametrũ

quam Pentametrum 2do ut sensus claudatur
in duobus versibus non extendendo illum
ad sequentes neq etiam transferendo verba
3tio debebend etiam sunt sententiæ aliquæ
similitudines, digressiones, fabulæ his nang
maximè ornatur Elegia
Nota 3tio sunt etiam ornamenta Elegiarum
Tropi, Figuræ maximè exclamatio, Apostro-
phe, prosopopœia idolopœia
Nota 4to vitanda è contra sunt hæc frequen-
tes Ecclipses, elisiones verba aspera, pere-
grina, inusitata, et dictiones multarum syl-
labarum.

Quid est Epigramma?

Est breve Poëma simpliciter rem v personã
denotans v expromissis acutè aliquid in
ferens; Dicitur latine superscriptio ex eo
quod antea statuis trophæis monumentis
et alijs inscribebantur

Quo differt ab Elegia

Quod Elegia sit longior Epigramma vero
non item. Epigrammata enim non possunt
ascen-

ascendere supra decim v duodecim versus.
Elegia vero potest ultra ascendere. Differt etiam Epigramma ab Elegia ideo quod Elegia requisitasio scribi carmine nisi Hexametro cum Pentametro; Epigramma vero potest alio genere carminis scribi precipue Phaleontio v Scasontico et non alio

Qua et quot virtutes Epigrammatis
Brevitas Argutio et Venustas Brevitas ne ascendat ultra duodecim versus alij volunt ad sedecem Argutio est inopinata ratio et argutio v est conceptus ingenios aliquid proferens et dicitur anima Epigrammatis. Venustas ne sint verba inusitata ne sensus obscurentur verbis peregrinis

Quotuplex est Epigramma
Duplex Simplex et compositum. Simplex est quando res sine ullo conceptu exponitur vg illud Poëte:
Preter virtutem nil immortale tenemus
Mens manet et virtus cetera mortis erit
Compositum quod narrationi adjungit . .

argutiam ab oppositis, sive contrarijs allusione ad sententiam tuu in verbis prohis sint exempla

De Christo nato

Fallimur in media natum qui nocte putamus
Nam tecum nobis nascitur ipsa dies

De Auro

Plurali numero caret uno dicitur aurum
Aurum non plures unus habere cupit

De parco

Parcus est argenti auri parcus parcus et oris
Tres Parce pectus corribuêre tuum

Quot sunt Partes Epigrammatis

Duæ Narratio et Conclusio. Narratio est brevis rei assumptæ expositio. Conclusio est quæ ex (præmissis sequitur

Quot sunt modi inchoandi Epigramma

Sunt multi et varij 1mus per contra posita uti Martialis

Difficilis facilis jucundus acerbus es idem
Nec tecum possum vivere nec sine te

2dus per descriptionem 3tius si duæ perso

næ

nq̃ v tres inducantur secum colloquentes de
illa re de qua fit Epigramma Aliꝰ si persona
vrem de qua Poeta scribit proloquatur utiẽ illud
Niezgadnę chociaż bym miał Apollina mowę
Czyli czapkę na bacher nosisz czyli głowę
Aliꝰ quando res illa de qua scribitur Epigramꝫ
inducitur de se loquens vq illud Tritum:
Jem tysko a nie pysz niech że mi kto powie
Czemu mi to tuć zkodzi mam żelazne zdrowie
Aliꝰ potest fieri per affectum vq
O! miserem Christum qui pro tortoribus orat
Imus per figuram rejectionis vq
Quid mihi cum tenebris soles meq̃ rumina poscis
Tuus per fictionem quando colloquium tribuitur
mortuis personis quod non fuit.
Nota duplex adhuc esse Epigramma Jocosum et
Seriũ. Seriũ est quod res in se continet se-
rias cujus exempla infra Jocosum est conti-
nens in se materiam Jocosam seu Joviali ra-
tio vq illud ex Martiali Super Porticum
Lotus es et rides dum cenas Portice mecum
Si fecum cenem Portice tristis eris
Modi inveniendi argutia
Sciat Poeta argutiam sibi adinvenire quam

facile potest habere his modis 1mo à majori ad minus 2do à minori ad majus 3tio ab equali ad equale 4to à contrario

Nota facilior tamen modus est si quadrantur à fontibus Oratorijs, qui licet ad Rhetores pertinet tamen pro captu subijcio duos prcipuos 1mus à definitione quando natura rei explicatur vg illud de forma qd sit respondit Poëta p definitionē forma quid est quaeris lethalis vita, lucrosus Fastus, barbaries blanda, bonum nocens

2dus a notatione seu Etymologid hoc est quando ponuntur dictiones equivocd et iste modus multum valet vg facies facies palma palma fides fides vel illud:

Tu miles, studiosus ego, nos ludimus ambo
Tu pilis et nos ludimus ergo pila

vel illud tritum Polonicum

Gdy cię ujrzę tedy cię pierwi widzę czary
Gdy cię ujrzę tedy cię pierwi za zdrowie puszczy

De Podagrico

Quid sit causa tui facile edicere morbi
Ex patenis patenis edonios dolores
Sunt et alij modi invenjendi argutiam pē, pe conjugata genus, species, Differentia, simi

litudo, Dissimilitudo, Causa, Antecedentia, consequentia, et multi alij de quibus in Rhetorica quisq; fusè habebit

Quid est Epitaphium?

Epitaphium est inscriptio aliqua lectorem informans de re cui inscribitur. Dicitur Inscriptio latinè ex eo quod soleat inscribi sepulchris defunctorum tumbis vestitis, statuis marmoribus hoc autem continet in se vitam, res gestas defuncti et horum omnium brevem facientem mentionem.

Dividitur Epitaphium in Serium et Jocosum.

Serium continet res serias uti sunt Viris Illustrioribus, Regibus, Principibus, quod scribitur tam lingua latina quam patria. Jocosum est quod continet res ludicras quod etiam scribitur idiomate utroq aliquando etiam misto.

Nota supra Epitaphium scribuntur literæ magnæ D. O. M. quæ significant Deo Optimo maximo additur etiam litera T. et significat Deo Per Optimo Maximo sicut pro exemplo aliqua

Epitaphium Herculi

D. O. M.

Hidras edomui, prostravi marte leones
Tauros evici, nemea monstra paludis
Transivi pelagi scopulos tumidosq gigantes
Obrepsi, solam non potui vincere morte

Ovidio

D. O. M.

Hic situs est Vates quem Divi Cesaris ira
Augusti Lacio cedere jussit humo
Heu miser voluit patrijs occumbere terris
Sed frustra, hunc illi fata dedere locum

Mercatori

Hic iacet Augusto mercator marmore pressq
Qui tot mercatu sollicitarat opes
Plurima collegit sparsit divendidit emit
Vendidit et vitæ tempora clara lucr

Militi

Post pugnam victor miles post bella quiesco
Post dedes paci tempora longa peto
Vici sed vincor vitii sed vivere cesso
Dixi Mars salve vita valeto tibi

Ridiculo

Risi nunc plora qm sit variabile tempus
Cedunt in lachrimas gaudia acta meas

Augusto

Augusto 2do

Augustus Rex
Demissus Caso
Redditus Caso
Non obÿt sed abÿt

Musico

Hic iacet Smolicus
Regius auricus
Dli placuit musti
Quid amplius vusti

Philosopho

Hic jacet David qui male philosophavit
In barba et cesaretti ut omnes admirarent
Et in frisosomorum requiescat in secula seculor

Praeceptori imperfecto Thomæ

Hic jacet Thoma co był iuż go nie masz
In rubra toga Deum pro illo roga

Artifabro illud pro exemplo

Ju rzemieślnik Początku ktregoś zamiedzi
Przedsię, tak się począł dołatać w swe miedzi
Nie puszczą go do Nieba y rgu wietn o tym
W piekle tego przeszkzą obaczywszy z mostem

Quid est Elogium

Elogium est laus alicujus Divi v Heroïs quod soluto aut ligato genere scribitur sed usitatius soluto. Continet etiam aliquando in se et vituperationem. Ut etiam quisq habeat notitiam quomodo debeant scribi Elogia sive etiam typo exprimi sit pro exempla de S. Adalberto consecrato in Archiepiscopum

Eo profundius Acolythum penna obsequium demittitur
Quo elevatius attollitur virtus
Soli namq Aurora prodroma
Honorum meridiei
Nuntia prodit Virtus
ut enim
Ex aurora vitæ ulterioris ætatis
evolvitur indoles
ita
Ex claro virtutis phosphoro
non nisi
Illustrissima Honoris potest sperari
Serenitas

et cum hanc
Auroram esse censuerit virtutem
Sacri pectoris Solem non declinavit
Divinissimus Adalbertus
quinimo
extincto fatis Gnesnensi Archiepiscopo
non ita cedris quam deliciis
orphanda arsere ara
ut in candelabro Eccleside omnibus praluceret
ADALBERTUS
Quid est Ode
Est oratio vario constans genere carminis:
Dicitur latine cantus quia usurpata ad modulos horis accommoda.
Nota constat etiam unico genere carminis
Ode uti habet Horatius Primam
Quot habet partes
Tres. Exordium Narrationem et Conclusionē
Quot habet Species
Multas et varias sed hic nostris præcipue et usitatiores adnotantur. Dicitur 1mo Monocolos sunt enim omnes versus Horatii

ci Asclepiadei Tetrametri, Acatalecti constantes Spondeo Dactylo cæsura longa et duobus Dactylis nempè

– – | – ∪∪ | – | – ∪∪ | – ∪∪

Mæcenas atavis edite Regibus
O et præsidium et dulce decus meum

Dicitur quod duabus speciebus Carminis absolvitur. Tricolos quod tribus denominatur etiam Ode a reversione ut Monostrophos Distrophos, Tristrophos, Tetrastrophos et hæc denominatione desumuntur a strophis sic Monostrophos dicatur ex eo quod integra strophe scribatur eodem genere Carminis. Distrophos cum post duos versus diversæ speciei ad primum revertitur Poëta. Tristrophos est cum post tres versus ad primum redijt.

Nota quod illorum possunt esse diversi ejusdem speciei. Tetrastrophos cum post quatuor pedes ad primum fit regressus

Nota in strophe non possunt esse nisi quatuor versus id est ultra quatuor non possunt

ascendere versus; Est etiam strophe semiqua-
tuor versuum.
Ode Dicolos Distrophos scribitur sic constat
ejusmodi Versibus
– – ⏑ – ⏑ ⏑ | – ⏑ ⏑ | – ⏑ ⏑
– – ⏑ – ⏑ ⏑ | – ⏑ ⏑ | – – | – ⏑ ⏑ | – ⏑ ⏑
Ode Dicolos Tetrastrophos habet tres versus
primos ejusdem speciei quartum alterius sic
– ⏑ | – – | – ⏑ ⏑ | – ⏑ | – ⏑
Quartus – ⏑ ⏑ | – ⏑
Et hoc genus est usitatissimum. Sunt etiam
alia genera Odarum quidquidem plura et va-
ria inveniuntur nonnulla pro exemplo adduce-
re placuit præcipuè ex Horatio
Ode Tricolos Tetrastrophos scribitur hoc mo-
do primi duo versus sunt Dactyli Alcaici Ca-
talecti constantes pentemimeri Iambica hoc
est ex Iambo y Spondeo Iambo et Syllaba quæ
dicitur cæsura deinde è duobus Dactylis ⏑ ultimo
Anaphimacro. Tertius vero quisq debet esse
Iambicus dimeter qui constat 4 pedibus scilicet
3 Iambo ⏑ Spondeo 2. et 4. Iambo deinde est u-

per-

per est Syllaba Ytus constat ex duobus Dactylis et dubbus Trochei ultimo Spondeo vg

υ – / υ – / – / – υ υ / – υ υ

υ – / υ – / – / – υ υ / – υ υ

– – / – υ / – – / υ – / υ

– υ υ / – υ υ / – υ / – υ

Ode Monocolos in qua sunt omnes versus Horiambici Alchaici pentametri Acatalecti constantes Spondeo tribus Horiambis et pyrrichio υ Iambo vg

– υ / – υ υ – / – υ υ – / – υ υ – / υ υ

– υ / – υ υ / – υ υ / – υ υ – / υ υ

Scribitur etiam Ode Tricolos Tetrastrophos ut videre est apud Horatium modo infra posito

– – / – υ υ / – / – υ υ / – υ –

– – / – υ υ / – / – υ υ / – υ –

– – / – υ υ / – –

Pυ – / – υ υ / – υ υ

Plura Odarum non traduntur Odarum exempla ex ipsis hoc usu Magister docebit et lectio Poëtarum Classicorum.

De Hymno

Hymnus est Carmen Trochaicum dimetrum
a Trochaeo seu Heroi dictum spectans
etiam ad Lyrica et scribitur de Deo v Sanctis
vg Pange lingua gloriosi &c
Iste Confessor Dei colentes
Nota pertinent huc etiam Nenio seu Iessus
et illud Poëtae
Luctu plenam plange sortem
Cataphractam flecto mortem
Cedunt arma proserpinae
Fracta manu Libitinae

Epicedium illud

Nie rychło w ten czas biegle sprowadzac Doktory
Gdy w ostatnim zostaie życia zgorze chory
Sam Pasterz tue pomoże
Na śmiertelne kto padł łoże
Tyc przestanie już nie wstanie

De Epodo

Epodus est Carmen quo gentiles usebantur
Dijs sacrificantes Hoc etiam Epodo utuntur

moderni Poëtæ ad orationes Dytirambicas Rhytricas vg alicui Religioso

Redde Musa quem celebras
Nostra patri toto cœtu
Exultante pie reo
Redde redde digna cantu
Ejus cum negotiis plausisses
Nominis sed quid tertium
Donetur vove successu
Sic sit optat omnis vox

LIBER Iius

De Carmine ejusq attingentijs

Quid est Carmen

Est oratio certo genere constans atq quodam pedum distincta ordine

Nota sumitur etiam Carmen hic pro Poëmate

Quot sunt accidentia

Ry 8. Scansio, Figura, Cœsura, Depositio, Compositio Reversio, Numerus, Genus.

Quid est Scansio

Est bona et debita Carminis in singulos pe

des

des dimensio

Quotuplex est Scansio

Duplex. Simplex et Composita. Simplex est quando versus per monopodiam scanditur ut in Hexametro et Senario Iambico. Composita est quando per dipodiam id est per duos pedes quia Prisci sic scandebant Carmina Trohaica et Iambica

Cæsura est finis dictionis post pedem remanio Cæsura est quadruplex. Pentemimeris cum post duos pedes remanet una Syllaba longa. Trohaica cum post duos pedes superest Horeus. Heptemimeris cum post tres pedes una Syllaba restat. Bucolica seu Tetrapodia cum post tres pedes et syllabam longam sequitur dictio duabus brevibus constans

Figura est quæ addit v adimit mutat v mutat literam aut syllabam aliter dicitur Meta plasmus cujus species sunt 4 Prothesis apotin caput id quod Aphæresis aufert Apocope finem demit quem dat Pelagogeres

qua vide in alvaro
Depositio est Metri terminatio qua cognoscitur an versus sit plenus an non, an superabundans, hinc dicuntur Carmina Quadruplicia: Acatalectica quibus nihil deest nec superest. Brachicatalectica quibus duæ syllabæ in fine deest. Catalectica quibus una syllaba in fine deest. Hyperiacatalectica quibus duæ syllabæ in fine supersunt.
Compositio est Carminum diversi generis in unam strophem conjunctio. Hæc pars præcipue in Odis habet locum, ratione compositionis enim dicuntur Odæ Dicolos, Tricolos Tetracolos, Tetrastrophos
Reversio est quando Poëta post aliquem versum ad unum genus Carminis à quo incepit revertitur. Ratione hujus dicitur Ode Monostrophe ubi sunt Carmina omnia ejusdem generis. Distrophe si post duos versus revertitur ad unum de quo supra vide
Numerus quando à numero nomen accipiunt

ut si sunt duo Carmina Distichon, si tria Tri-
stichon si 4. Tetrastichon
Nota di Significat 2 stichos id est ordo
Genus est quo Carminis agnoscitur denominatio
Ustatiora Poëtis sunt Carmina sequentia
Hexametrum seu Heroicum Carmen sex pedi-
bus constat

– ∪∪|– ∪∪|– ∪∪|– ∪∪|– ∪∪|– ∪


Spondaicum ijsdem constat nisi loco 5. pe-
dis admittit aliquando Spondeum. Penta-
meter constat 5. pedibus

– ∪∪|– ∪∪|– |– ∪∪|– ∪∪|

Candida pastorales frux decet ira feras
Versus Senarius Iambicus 6 pedes Iambos
recipit. Hic est duplex Purus et Mixtus
Purus constat solis Iambicis vg

∪ –|∪ –|∪ –|∪ –|∪ –|∪ –

Mixtus est qui habet 1 3 et 5 loco ∪ Jambū
∪ Spondeum ∪ Dactylum ∪ Anapestum ∪ Tri-
brachium 2 et 4 Jambum ∪ Tribrachium 6 Jam-
bum ∪ Pyrrichium



Lugeat Aether magnus q pareṇ.
Phaleucium Carmen constat 5 pedibus
Spondeo Dactylo tribus Choreis
– – / – ∪ ∪ / – ∪ / – ∪ / – ∪
Fatis cedite cedit ipsa Roma
Alcaicum Choriambicum Tetrametrum
Acatalectium constat Epitrito & duobus Choriambis et Bacchio
– ∪ – – / – ∪ ∪ – / – ∪ ∪ – / ∪ – –
Alcaicum Dactylicum Acatalecticum constat Pentemimeri Iambica et duobus Dactylis
– – / ∪ – / – / – ∪ ∪ / – ∪ ∪
Virtus beato tollitur Epodo
Choriambicum Pentametrum Acatalecticum Dimetro Heroico et Dimetro Ithyphallico
– ∪ ∪ / – ∪ ∪ / – ∪ / = –
Justitia constiterunt acuto
Iambicum Trimetrum Archilochium Catalectum constat 5. Iambis et Syllaba
∪ – / ∪ – / ∪ – / ∪ – / ∪ – / = /
Timet perire qui timet emorem

Archilochium Dactylicum Jambico Dimetro
mixtum constat his pedibus

– ∪∪|– ∪∪|– |∪–|∪–|∪–|∪–

LABOR Actus

De Pedibus et Prosodia

Prosodia est pars Grammaticæ quæ docet
quantitatem Syllabarum.

Quid est quantitas seu accentus

Est Syllabæ productio v abreviatio

Quid est Syllaba.

Est unius aut plurium literarum concursus; Hæ Syllabæ sunt Triplices: Longæ Brèves et communes

Quid est Tempus Poëticum

Est spatium illud sive mora per quam pronunciatur Syllaba vg Ad Tempus de Nota
Syllaba longa habet in se duo tempora
quia tam diu pronunciatur quam diu duæ brèves

Quid est Pes?

Est pars versus certo Syllabarum numero

atq ordine definita

Quotuplices sunt Pedes

Quadruplices. Alij duarum Syllabarum, alij 3, alij 4. alij 5. sed rarissime

Pedes dissyllabi sunt sequentes

Spondeus qui latinè significat libare cujus usus fuerat in sacrificijs. Pyrrychius à Rege Pyrrcho Epiro tarum qui victorias hoc pede cani curavit. Horreus dicitur à horo quod sacrificuli utebantur. Iambus qui latinè dicitur contumeliari qui ad ejusmodi materias assumebatur.

Pedes Trissyllabi

Molossus 3. longis Tribrachis uuu Dactylus -uu Anapestus uu- Bacchius --u Amphimacer seu Creticus -u-

Pedes Quadrissyllabi

LABORIus

De Vitio Carminis

Plurima sunt vitia quæ Carmen obumbrare

sosent quig observanda sunt &c

1. Ut versus ipsam rei naturam exprimat si res gravior et difficilior erit. Sunt pedes gravio/es et tardiores vg Spondei si res levior fuerit sunt pedes velociores quales sunt Dactyli

Scandite plaustra viri date vela capestri/eremos

Tarde Rex Regi victor victori misso salutem.

Nota specta etiam huc ut energia ipsis pedibus exprimatur sic de equo

Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum

2. Ne versus sanabatur tetra syllaba dictione

Quos vis luxuria tristisve superstitione

3. Ne in medio pentametri cesura monosyllaba ponatur neq etiam alij versus in eandem desinant, nisi aliqua energia sit exprimenda ut illud

Sternitur ex animisq tremens procumbit humi bos

4. Vitanda est ejusdem syllabe vel verbi repetitio

O fortunatam natam me consule Romam

5. Cavende sunt frequentes elisiones

6. Ne singuli pedes ex singulis dictionibg constent

vg

Hos praeceptor doctos iussit scribere versus.

7. Curandum ut epitheta apta inveniantur ut sui anteponantur substantivi, non statim cum illis ponantur.

8. Non pulchrum etiam Carmen quod constat dictionibus nimis prosaicis vg

Conturbabantur Constantinopolitani

9. Vitiatur etiam Carmen quando aliqua dictio per hemesim nimis obscure ponitur et dividitur vg

Miles stultus obliviscitur sua cascaria

Mi lea les stultus cascaria vitiatur obli

Gratulor tibi Pater Antoni festa Patroni

Gra Pater Antoni tutor tibi festa Patroni

SUPPLEMENTUM

Artis Poëticae

Ad facilitandos instar positos Labores

UTILE

Cum summopere necessaria sit tum fictio ad componenda carmina, tum notitia nominum substorum poni pro abjectis ad Oratoriam amplificationem uti propriorum pro appellativis

BIBLIOTEKA P.W.B.

jus nomina inventorum pro ipsis rebus ideo horum omnium perbreve supplementum tradidur notitia

Dij Celestes

Jupiter supremus Deorum. Saturnus pater ejus Apollo cum 9. Musis. A. Clio, Melpomene, Talia, Euterpe, Terpsichore Erato, Calliope, Uranid, Polychimnia. Hæ Musæ finguntur esse Jovis Filiæ in monte Helicone habitante, unde et Heliconides v Heliconiades appellantur. Dicuntur etiam et Parnassides à monte Parnasso, a Cytheride monte dicuntur Cytherides v Cytheriades. Hippocrenides etiam dicuntur à fonte Heliconis quem Græci dicunt Hippocrene id est fons equi. hunc fontem dicitur Pegasus ungula produxisse e lapide. Hunc Equum dicunt esse qui inter Sidera relatus est à fonte Castalio, dicuntur etiam Castalides hic fons habet nomen à Castalia Virgine quæ fugiens Apollinem conversa est in fontem post Musas ponitur Apollo quia dicitur Deus Cæterum Mercurius Deus Rhetorum Bacchus Deus vini Vulcanus Deus ignis et fabrorum

seroi ejus sunt 3. Brontes, Sterope, Piracmon.
Hercules monstrorum Domitor aliter dicitur Hercules Venus Dea amoris Flora hortorum Dea
v Flora. Ceres Dea frugum Juno soror Jovis Pallas Minerva Dea studiorum Bellona Dea bellorum Hymeneus Deus nuptiarum Harpocrates Deus silentij

Dij Infernorum

Pluto supremus Haron animarum vector
Judices Infernales
Eacus, Minos, Rhadamantus Cerberus canis
infernalis Furiæ infernales Alecto Megera,
Tisyphone. Parcæ Cato Lachesis Atropospo.
nuntur pro morte

Dij Maritimi

Neptunus Amnes maris Proteus Triton Nere.
us Thetis dicitur aquarum Dea

Dij Silvestres

Faunj, Panes Satyri Diana et alij

Stellæ poetis usitatæ

Cynosura qua nautis favet Arctophylax Ur.
sa major et minor Plaustrum Erimanthides
Castor et Pollux fratres duo fuerunt Sol

a Sole per denominatur Phebus. Titan dicitur
habere 4 equos quibus vehitur 1. Eois 2. Phle-
gon 3 Pyroi et Ethon
Animalia quæ currus Deorum traxerunt
Equi traxerunt currum Martis. Saturni Dra-
ones Cervi Dianæ pavones Junonis Thetidis
delphines. Solis equi Lunæ boves Cereris
Dracones Bacchi Tygres Leones Cybeles
Arma Deorum
Fulmen Jovis, Saturni gladius, falx Phebi
sagittæ, Mercurij virga, Herculis clava, Mine-
væ chasta
Signa Zodiaci
Superi aries Taurus gemini cancer leo Virgo
Libra scorpius arcitenens caper amphora pisces
Equi celeriores
Bucefalus, Pegasus, Cyllarus, Basius
Monstra
Hydra, Medusa, Sphynx
Periculosa Maris
Scylle Charybdes, Ceraunia Syrtes,
Propria pro appellativis poni solita
Adulatores Parasitus Aristippus Patrocles

Adulatorum contemptores Augustus Cæsar, Tiberius Cæsar, Sigismundus Imperator, Alphonsus Rex Arragonid

Ædificia magnifica Obelisci piramides Ægiptiorum. Amphiteatrum Memphis continebat 150 stadia. Amphiteatrum Pompei capiebat quadraginta millia hominum. Neronis aurea domus.

Ambitiosi Empedocles Poëta dedit se præcipitem in Ætnam ut putaretur ad Deos exinde evolasse. Attila Hunnorum Rex stagellum Dei. Sesostris. Rex Ægipti post pugnatam 9. Reges jussit curru triumphali. Hannibo aves docuit has voces. Hanno Deus quas aves in Mundum emisit. Cambises Rex dicebat se Patrem Solis esse.

Amicitiæ Thiestes et Atreus unus alteri filiu occidit et dedit ad manducandum.

Amatores Patriæ Codrus Atheniensium Rex amore Patriæ hostibus se occidendum objecit. Agesilaus Lisium Pausaniam in edia consecit Coquod pecuniam a Xerxe pro perdenda Sparta acceperit. Ulisses scevola Horatius conspicui amatores Patriæ Amor Parentum in Liberos. Niobe in lapidem

conversa est ubi vidit occasos filios. Hecuba Poli-
mnestori Regi oculos eruit quod sibi filium occa-
disset.

Amor fratrum et sororum. Hyam a Leone inter-
fectum sorores Hyades ad mortem luxerunt, ille
Heliades Phaëtontem. Item Castor et Pollux
supra

Animalia hominis assentia. Capra aluit Jovem
supra, Romulum et Remum, equa Peliam et Ja-
sillam Corva Telephum. Ursa Paridem. Canis
Cyrum quis Semiramidem.

Animalia hominibus servientia. Corvus servit Pau-
lo Eremitæ. Draco Heraclidi Philosopho. Leo Gera-
mo Abbati supus S. Francisco Seopha S. Maca-
rio nobis linguis diebus equi canes bovesetalia

Architecti seu artifices nobiles. Spinthaurus Dæ-
dalus labyrinthum in creta pro nino Tauro for-
mavit. Capicrates muscas ferreas volare fecit.
Praxiteles insignis sculptor erat. Miron in mi-
emineat artificio. Zeuxes Salisor uvas pinxit
ut aves ad illas convolarent. Parrchasius linteu
pinxit quo Apelles decepsus.

Arbores Dijs sacræ Laurus sacra Apollini vitis

et hedera Baccho. Jovi quercus. Minervæ oliva
Phœbo cupressus. unde dicitur feralis arbor.
Aves monstrosæ Harpiæ seu Stymphalides.
Astutiæ et fraudulentiæ. Ulisses Cyrus Ismenias Theb.
banus qui legatione ad Regem functus ne ipsum
videretur adorare annulum ex digito projecit
in terra et adorationem fecit cum dicto Non
tibi sed annulo. Annibal serpente in hostem
misit quibus illos fugavit Rex Polemæ nomine
Nicæes iussit ornari ad instar militum
Astrologi Babilonii et Chaldæi inventores hujus
artis. Rhœi ab illis didicerunt diem in horas
distinguere. Anaximander primus horologium
fecit. Theon philosophus descripsit astrologiam
Amor potens. Jupiter ob amorem variam formam
assumpserat. Ulisses propter Penelopen insaniam finxit. Mariam in florem conversus dicitur.
Amatores Juvenum Jupiter Ganimedem Veneris
Adonidem Luna Endimionem.
Amatores variarum rerum. Hortensius dilexit Murenam. Aristomachus apes Xerxes Platanum Pigmaleon statuas.

Avari.

Avari Pigmaleon Polimnester Rex Thra-
cid qui Polidorum Priami et Hecubæ filiū
tempore belli Trojani sibi commissum ob au-
rum occidit. Achilles Hectoris cadaver Pri-
amo vendebat. Darius Rex Persarum Semi-
ramidis sepulchrum aperuit in quo scriptū
erat: Quicunq Regum auro indiebit hic quā
vas. Tandem post quam aperuit scriptum in-
venit; Nisi magus esses et avarus mortuorum
oculos removeres. Patroclus penes divitias
sordide vixit ut majores colligeret obes.
Dionisius Tirannus Apollinis barbam auro
fusam gemmisq onustam detraxit cum dicto:
Nunquā Dij lugere curāt. Idem phialam auream
Jovi vapulā: Dij mihi propinant cur ne capiā
Absentis ejus patrium dixit: In deos ne
mei se gravent in hyeme nihil calefaci.
Audaces Jenerarij Phaëton gigantes, qui cum
Jove pugnam instituere volverunt iaculan-
dum in cælum. Icarus qui ad solem volavit ero-
sare tanquam pasci jacturam. Typhis et
Jason primi navigabant per mare
Bellatores Orfeas, Ajax Agamemnon Achilles

Achilles Scævola Decij Fabij Scipiadæ Curtij Horatius Cocles Hector qui à Troja ipse solus fugabat Græcos.

Bellatrices fœminæ Amazones Lacenæ Camilla, Thomiris quæ caput Regis Cyri occisi in utrem impletum sanguine humano demisit dixitq; Satiare sanguine quem sitisti.

Canes fideles Argus Chiron Mera Origenis Acœtibus occisis Acteon Neathon Euripides fœta Diogenes Philosophus

Castæ Daphne hæc fugiens Apollinem in laurum versa est Atalantæ fœtæ fugientes Origenem in Ursum sunt transfatæ ac in stellas mutatæ dictæ sunt Pleades Diana Minerva Vanda Polonici Ducissa Lucretia Romana transfixa se Vestales Virgines

Cæci Tiresias Polimnester Bellisarius hic fuit Dux tandem jussu Imperatoris Justiniani excæcatus est et mendicus factus hæc verba ingeminebat; Date obolum Bellisario

Celeres Atalanta quam in cursu aureis pomis retardavit Hippomenes.

Corpore magni Enceladus Briareus omnes gi-

gantes qui eâsum expugnabant.
Claudi Vulcanus Epictetus Cocles.
Conditores locorum. Neptunus murorum Troiæ
Diomedes agrorum, Cadmus Thebanorum, Dido
Carthaginis, Romulus Romæ, Semiramis Babilo-
nis.
Clementes Alexander Macedo qui Matrem Darij
Persarum Regis a se devicti captivam et ulcerem
ejus tractavit clementissime. Titus Vespasianus
dicebat se diem perdidisse qua nullum contulis-
set beneficium per hæc verba: Amici diem per-
didimus. Augustus Cæsar propter clementiam di-
cebatur a Romano populo Pater Patriæ. Trajanus
Cæsar appellabatur deliciæ Orbis. Sigismundus
Rex Poloniæ ejus clementia talem sibi esse,
dum apud subditos comparavit ut dicere posit:
Ego in singulorum subditorum gremio secure
quiescere possum. Casimirus Justus Princeps
Poloniæ tantæ suæ clementiæ ut equi-fraga par-
cibi instrui nisi dixerit. Vadislaus Regalo Be-
nessatus. Robrius Lesco albus Vadislaus Ytus
Joannes 3tius hi omnes insignis fuere clemen-
tiæ.

Conscientia mala Constantinus Imperator quod occidisset fratrem suum Theodosium et videbat quotidie umbram insequentem se cum caede impio sanguine quod dicebat: Bibe frater sanguinem quem injuste innocenter judisti. Popilius quba sibi in precabatur uti devoraretur a muribus devoratus est. Ri vero mures dicuntur cineribus patruorum ejus exacti, quos ille veneno sustulit invitatos ad se suo passio amicitia. Neronem insequebantur umbra Matris fratris uxoris quos peremit. Crudelis Phalaris tanta crudelitatis fuit quod homines vivos in bove aneo cruciabat. Nero lætabatur dum vidit ardere Romam succensam per se eodem tempore cythara lusit. Euripides Medea Scyron. Dionisius tyrannus dictus et alij plurimi crapula perierunt. Archesilaus nimio vino. Parquinius esu piscis nimio.

Cythared Orpheus qui dum lusit arbores saltabant. Amphion qui muros Thebanorum suo sonu movit. Arion projectus in mare sonu delphinum movit in cujus dorso exportatus est mari pericusis

Deformes Esopus Vulcanus Prothetus Epidetus.

Divites Salomon Midas Cyrus Tantalus Policrates Pigmaleon Cleopatra.

Denominationes nominum a genere et persona

Abapus Pater pro avi. Amita Soror Patris avunculus frater Matris, Matertera soror Matris. Nepos et Neptis proles filiorum Nurus et Gnatus filij

Docto termino Cornelia Athanais Sibilla

Effeminati Sybarita Sardanapalus, Heliogabalus.

Felices Pigies Policrates.

Figuli Vatides Theristes.

Flores suaves Caltha Tulipa Lilium Rosa Crocus Nigrissus Hiacynthus Viola Ligustrum

Fluvij auriferi Tagus Hispanid Hebrus et Pactolus Lidie Hidaspes et Ganges Indie.

Fluvij infernales apud Poetas Styx Lethe Cocytus. Acheron Phlegeton.

Fures Mercurius Harpid Cacus

Gratie 3 Euphrosina Aglaia Thalia

Gulosi Sybarita Heliogabalus Domitius.

Gymnasia Craneum Corynthi Licium Aristotelis Academia Platonis Histriones Xma docuit sathe Thymele

Hospitales Ariadne erga Theseum Philemon

Ingrati. Theseus erga Ariaden erga Menelaum
Pauis. Aneas erga Didonem Hercules Linum.
Nero Senecam interfecerunt suos preceptores
Inhospitales Thraces Polimnestor Diomedes
Busiris Sayshd.
Injusti Midas Tarquinius.
Inuentores rerum. Pan fistule Minerua oliue
Ceres frugum Triptolemus aratri Jason Typhis
naviam Aracne telii Mercurius lire.
Invidi Ajax Ouius Juno Circe Lacus apud Poetas
Auernus Lernea Acheruzia
Latrones Scyron Cacus Harpalus Authalicus
Legislatores Solon Licurgus
Libidinosi. Sardanapalus Sybaris Heliogabalus
Liberales Dido Alexander M. Titus.
Liberarum osores Pisonides Licinius Imperator.
Loquaces Nympha Tantalus Corvus Aesopus
Medici Aesculapius Paeonius Apollo
Memorid prestantis homines. Themistocles Theodosius Cyrus Cineas Mitridates
Militia numerosa Sesostris contra Arabiam duxit
sexcenta viginti millia militum. misse et viginti
curres Xerxes supra milionem militum et millia
naviun contra Grecos habuit

Miracula in hominibus. Anaxagoras Crœsus
nunquam riserunt. Antonia nunquam exipuit.
Mithridates veneno vidit Mars ter mortuus Herre
vidit.
Montes flammiferi Aetna Vesuvius Lipara
Mortis varia genera. Aquis submersi Palinurus
Leander. Per equos Diomedes Hyppolitus. Per apri
Adonis Anteus. Per leones Hyas. Per serpentes Ca
rion Orestes Cleopatra. Per canes Acteon Diogenes
Gaudio et risu Philo Dionysius Tirannus. Fame
Pausanias Cleantes Philosophi. Fumine Etrusa
tius Empedocles Phaeton Semele. Veneno Socra. Te
Annibal Anaxagoras seipsos interfecerunt. Pyra
mus et Tysbe Leander. Longe a patria mortui
Diogoras Aneas Drusus. Mulieres Docte Musæ
Pallas Cornelia. Musici Timotheus Orpheus Am
phion Orion.
Nauta Typhis Palinurus.
Nutrices Casturnia Oceani Melissa et Amanthea
Jovis Juno et Nysa Bacchi Acca Romuli
Obliviosi Atticus filius Herodis Sophistæ qui nec
